

Feria quinta post Inuocavit

et diabolus cum loquitur mendacium ex p̄p̄is
loquitur. sic et vos me diffamādo. quia iudei di-
cebant de iesu christo. Ecce homo vox et po-
tator vini publicanorum et peccatorum amicus.
Dicitur. Item nos scim⁹. quia hic hō p̄t̄or est
et c. Tertio. quia diabolus est p̄secutor veritatis
de ipso dicente xpo in veritate non stetit. **A**ug⁹.
nec bñ fuit in veritate. **N**ota q̄liter deus poluit
luciferū sup om̄es creaturas et ipse voluit se pa-
rificare deo p suam supbiam. et sic nō stetit in ve-
ritate. sed compositus fuerat. sic et vos dixit chri-
stus iudeis non statis in veritate a me audita.

Dicitur. O oraliter habemus hic doctrinam ut fugi-
amus. nō solum mendaciū p̄nicioz quod ē pec-
catum mortale. sed etiam iocosum quia etiam est
peccatum. quia p nullam causam et p nullare ē di-
cendum mendaciū. **A**nde David in ps. v. **P**erdes
om̄es qui loquuntur mendaciū. in ps. v. Item sa-
pientie. v. **O**s quod mentis occidit animā. **D**e-
istis argumētis loquitur thema. **D**icebat iesus ad
eos q̄ crediderūt ei iudeos. **D**eo grās.

Feria q̄nta post p̄mā dñica
q̄dragesima. **S**ermo sc̄s

Si manseritis in
sermone meo vere discipuli mei eritis
Joh. viii. **D**ateria p̄sentis sermōis
erit q̄o poterimus esse boni discipuli
christi. **M**agnū quid ē esse m̄gr̄m in theologia.
vel ep̄m. vel archiep̄m. vel cardinalē. vel papā.
Sed multomagis est esse discipulum christi. **C**re-
do q̄ erit materia utilis et p̄ficiosa. **T**ed vt deo
sit placabilis et gratiosa. salutē virgo gloria.
et c. **S**i manseritis. **H**emel fuit questio facta iude-
is p vnum bonum hominē demateria quam vo-
lo vobis predicare. **M**unquid vos vultis disci-
puli eius fieri. **J**oh. ix. **J**udei autē indignati ma-
ledixerunt ei dī. **L**u discipulus ei⁹ sis. nos mo-
si discipuli sumus. **O** stulti. **S**up hoc dicit Au-
gustinus. In mesit dñe ista maledictio. vt. s. sim
discipulus tuus. **C**redo q̄ quilibet vestrum r̄n-
deret. **O** vtinam essez discipulus suus. ppter ea
volo vobis nunc ostendere quot modis et quibus
poteritis fieri discipuli eius si vultis. **E**t inueni
octo virtutes seu conditiones huius nobilissimi
discipulatus. sc̄s

- C**redentia p̄ncipalis
- O**bedientia generalis
- P**enitētia sacramentalis
- P**atientia v̄tualis
- B**eniuolentia cordialis
- B**eneficentia liberalis
- D**iligentia sp̄ualis
- P**erseuerātia finalis

Si vultis esse discipuli christi habeatis aliquaz
istarum virtutū. **D**e ultima dicit thema. **S**i man-
seritis et c. **P**rima virtus que facit hominem esse

discipulum christi est credentia p̄ncipalis. sc̄s
credere firmiter articulos fidei et non dubitare i
aliquo. **S**ic est homo discipulus christi. **N**ota
quoniam in om̄i scola cuiuscū p facultatis opos-
tet discipulum simpliciter credere magistro ma-
xime in primis p̄ncipijs. verbi gratia. prima p̄n-
cipia litterarum sunt vigintitres. Ideo quando
magister dicit discipulo. **I**sta littera est a. **I**sta
lra est b. **D**iscipulus debet libi credere. quia s̄v
let dicere. quare ista littera a est magis a q̄ istab
vel ecōuerso. vapulabit a magistro. Ideo phi-
losophus. oportet addiscentem credere. **I**ta eti-
am de scola christi. scilicet ecclesia quam scolā in-
trant christiani in baptismo. que habet duodeci
principia. sc̄s duodecim articulos fidei cōtentos
in Credo maiori. quorum aliqui pertinēt ad chri-
sti diuinitatem. aliqui ad christi humanitatem. et
quia sunt multi infideles qui nolunt ea credere.
ideo non sunt discipuli christi. **S**i ergo vultis eē
discipuli christi credat ista duodecim principia
fidei simpliciter sine contradictione. disputatiō
dubitacione. **A**utoritas. **M**anifestauit gloriam
suam et crediderunt in eum discipuli eius. **J**oh.
ii. **N**ota manifestauit gloriam suam sc̄s in his duo
decim articulis. **S**ecunda virtus que facit ho-
minem esse discipulum christi est obedientia ge-
neralis. sc̄s obedire et seruare omnia que chris-
tus nobis mandat et precipit generaliter sine contra-
dictione et non facere contra eius preceptum pro
aliquo lucro habendo vel bono vel officio v̄l di-
gnitate. **T**alis est discipulus christi verus. **R**a-
tio. quoniam tanta est dignitas huius magistri q̄
oportet libi obedire in omnibus etiam contra om-
nes psonas mundi. **I**ta q̄ si pater vel mater vel
om̄es parentes vel amici. immo etiam papa rex
essent ad vnam partem. mandantes facere aliqd
quod est contra preceptum magistri christi. ma-
gis est obediendum soli christo q̄ his omnibus
Autoritas. **L**egit Lu. xiiiij. q̄ cū christus iret p̄
dicando de loco ad locum magna turba homi-
num et mulierum sequebatur ipsum neq̄ mirum
Et conuersus Iesus dixit eis. Quid vultis. **L**o-
gitate quomodo responderunt. **D**omine volu-
mus esse discipuli vestri. **E**t ad illos. **S**i quis ve-
nit ad me et non odit patrem suum aut matrem et
vxorem filios fratres aut sorores. adhuc autem
et animam suam non potest esse meus discipulus
Sed cum deus precipiat honorare parentes et
diligere vxores et filios et animam suam quare er-
go christus dicit. **S**i quis vult et c. **R**esponsio q̄
hoc intelligitur sic. quia si pater mater vel vxor
aut sensualitas propria volūt. q̄ tu facias aliqd
contra preceptum christi tūc odire patrē et ma-
trem et c. et dicere nescio vos. desicū ē. vbi grā.
Si pater tuus dicat tibi. fili fac vindictam de ta-
li iniuria mihi facta a tali. et c. **D**ebet dicere fili⁹.
pater non faciam. quia magister me⁹ christ⁹ p̄ce-

Bermon

II

Vade rustice

pit oppositum. Ecce quod intelliguntur bona Christi odi-
re patrem isto modo. Ide de matre et uxore et filio
fratre et amico etiam de propria sensualitate quod incli-
nat ad delectationem ne per ea facias aliquid contra preceptum Christi. Ecce quod est obedientia generalis.
ideo augetis. Tertia est penitentia sacramentalis.
Tanta est virtus penitentie quod de discipulo diaboli
facit discipulum Christi. Quod si homo est in peccato mor-
tali et mala vita. homo est discipulus diaboli et pa-
ratus intrare scolam inferni. Sed si homo vult fa-
cere penitentiam sacramentalem. scilicet contemendo de
peccatis. dicendo. omnis ego sum religiosus et
non seruavi regulam et ceterum. Idem de laicis et clericis
contemendo peccata faciendo penitentiam data a confessore.
Talis penitentia sacramentalis facit hominem
discipulum Christi. Ecce quarta virtus penitentie. Au-
toritas. Qui non baiulat crucem suam et venit per me
non potest meus esse discipulus. Luc. xiii. Non cru-
cem suam non dicit crucem meam. quilibet Christianus por-
tat crucem Christi signando se. sed non saluaretur nisi
portaret crucem propriam. s. penitentie. Crux dicit
a cruciando. ideo significat crucem penitentie quod cru-
ciat penitentem. de qua dicit Christus. Qui non
baiulat crucem suam et ceterum. Et sicut crux Christi habuit
quattuor brachia tanquam quattuor partes principa-
les sic crux Christiane penitentie habet quattuor bra-
chia. Primum sursum est contritus. que debet esse sur-
sum pro respectu ad deum quem peccando offendit.
als dolere pro peccatis propter piculum vel verecundiam vel positionem bonorum vel fame nihil valet.
quia non est contritus. Brachium dextrum est bonus
oppositum viuedi decetero secundum diuinam ordinatio-
nem et non secundum suam inclinationem. Brachium sinis-
trum est oris confessio. Sic enim mundat camera
penitentie a stercore peccatorum. Brachium inferius
quod sustinet totum pondus est satisfactione quod por-
tat totum onus. Jejuniorum. orationum. vigilarum.
elemosynarum et ceterum. Ista crux est nostra de qua dicit apostolus. ad Gal. v. Qui Christi sunt discipuli car-
nem suam crucifixerunt. supple in cruce penitentie.
Ecce quare dicit Christus. Qui non baiulat. id est. ac-
cepit crucem suam et ceterum. Quarta est patientia virtus
alis. s. patienter sustinere aduersitates. dolores. af-
firmitates. paupertatem et miseras. non recipiama-
ritudinem cordis nec murmurare contra deum.
sed committere se deo. quia ipse scit quibus indige-
mus: et quid nobis expedit. et sic homo sit disci-
pulus Christi. Ratio. quoniam magister et dominus noster Jesus Christus patienter sustinuit aduersitates. tribu-
lationes. persecutions. ideo vult ut sui discipuli
assimilentur sibi. Dicit Christus tenere modum crudelium
antiquorum phariseorum quod per patientiam volebant illos pro-
bare qui volebant esse discipuli. Signans legem de
Pythagoras pho quod quoniam aliquis volebat esse discipulus suus. primo faciebat ipsum ad portam scolare expectare.
deinde faciebat ipsum ab aliis vitupare dicens.

es tu. rendebat. velle esse discipulus huius magistri et
phei. Et ille. vade ad trahendum aratum rustice.
et hunc. Si erat patiens recipiebat ipsum in discipulum. als non. hunc modum seruat ille magnus ma-
gister et doctor Christus in sua scola. Non aliqua per-
sona ponit in corde suo tenere bonam vitam et san-
ctam. signum est quod vult esse discipulus Christi. O dicit
Christus. specta modicum. oportet ut probetur de pa-
tientia. statim alii vituprant eum dicens. Qualis hypocrita. fantasticus. satanas est et ceterum. Si in his verbis
iniuriosis habet patientiam bene stat. ideo vult ad
huc ut probetur magis perictus siue verbera. s. infir-
mitatum. dolorum et ceterum. Sed vos murmuratis dicere
do. Omnis quis est hoc ante non sentiebam ista.
ideo teneatis fortiter. quia tunc Christus recipiet
vos in discipulum suum. hoc etiam modo Deus pa-
ter probavit filium suum Christum. licet iam sciret quod
erat in eo. sed ut nobis ipsum dare in exemplum pa-
tientie. Ideo dicit Christus Matth. x. Non est disci-
pulus super magistrum nec seruus super dominum suum. s. suf-
ficit discipulo si sit sicut magister eius. et si uero si sit
sicut dominus eius. Si patrem familias beelzebub vo-
cauerunt quoniam magis domesticos est. s. discipu-
los. Quinta virtus est benivolentia cordialis
vult magister noster Iesus Christus quod sui discipu-
li non habeant discordias divisiones vel rixas. s.
quod concorditer vivant. Ratio. quia magister pa-
cis et charitatis et dilectionis non vult in scola sua
discipulos maliuolos et discordes. Ideo omnis
villa seu communitas pacificata est scola Christi. Et om-
nis communitas divisa est scola diaboli. Ideo dicit Christus Joh. xiii. In hoc cognoscet oves. quod mei
estis discipuli si dilectionem habueritis ad iniurias.
ideo pacificate se remittendo iniurias et quanto
maior est iniuria que remittitis tanto magis placet
deo als scola inferni est parata. ubi continet et pro-
se iniuriantur. Sexta est benivolentia liberalis. s.
se mutuo iuuando tam in bonis temporalibus quam spi-
ritualibus. R. quoniam sic magister scote habet multos fuitores
captiuos et liberos. non decet discipulos nobiles esse
tenaces et auaros cum ignobiles liberales sint. Tu-
tus mundus est scola magistri Christi cui fuitores et ancille
sunt oves creature insensibiles. David. Ordina-
tione tua permanebat dies quoniam oia seruunt tibi. Sol
ad instar captiui. quod nihil potest facere nisi quanto de-
vult qui iussu domini portat nobis lumen de die et lu-
na denocie que dat nobis quemque deum dedit eis. Ideo
de aliis planetis et elementis quod libaliter coicant et mi-
nistret quoniamque habent. Quarto magis discipuli qui sunt crea-
ture nobiles. et rationales et dominum esse liberales amo-
re magistri dando vel mutuando sine uestura vel emere
done non minus propter denarios promptos nec vendere
done plus propter spem et ceterum. Ex his efficit homo discipu-
lus Christi. Autoritas. Omnis ex vobis qui non renunciat
omnibus quod possidet non potest meus esse discipulus. Luc.
xiii. hec autoritas habet duos intellectus. quod nisi sit

Feria sexta post Inuocauit

intelligat daret occasionem errandi. **H**uo modi sunt discipolorum christi. **P**rimus est apostolorum et tenentium vitam apostolicam. et isti renunciat et dimittunt omnia. **M**att. xix. **E**cce nos reliquias omnia et secuti sumus te. hoc modo intellectus predicte autoritatis. **O**mnis ex vobis. clarus est. **S**ecundus modus discipolorum est bonorum christianorum qui non obligantur dimittere omnia primo modo. sed volunt dimittere omnia quantum ad singularitatem. licet non quantum ad proprietatem. quia possunt habere proprietates sed nolunt habere singularitatem. scilicet quod illud quod habent solum seruiat eis singulariter. immo volunt dare aliis propter deum. **E**cce quid est beneficentia cordialis. **T**ertia est diligentia spiritualis. scilicet simus diligentes in opibus spirituilibus. quod non sufficit facere opus spirituale. sed quod fiat cum diligentia. **R**eligiosus non solum teneatur facere id quod dicit regula et constitutiones. sed quod faciat illam diligenter. **I**dem de presbyteris et laicis qui non tantum in dominica die tenentur audire missam. sed etiam cum diligentia ut sint in principio misse. **I**tem non sufficit confiteri. sed quod diligentia iam in principio quadragesime. **I**tem non sufficit dicere penitentiam. sed quod dicatur cum diligentia genibus flexis. quia supplicat regi vel pape christi. **I**tem cum diligentia communicare. **I**tem cum diligentia elemosynam dare. **T**alis diligentia facit hominem discipulum christi. **R**atetur quia magister diligens et nobilis non vult discipulos somnolentos vel negligentes. sed vult quod sint diligentes. **A**utoritas. **I**n hoc clarificatus est pater meus ut fructum plurimum afferatis et efficimini mei discipuli. **J**oh. xv. **O**ctava virtus est perseverantia finalis. de qua loquitur thema. **S**i manseritis tecum. ergo necessaria est perseverantia finalis. in studiis generalibus quando magistri et doctores incipiunt legere. s. in festo sancti Luce. tota scola est plena discipulis. **S**ed in medio anni sunt valde pauci. in fine autem quasi nullus remanet. ideo sunt multi inutiles discipuli. soluz scient principium libri. modicum de medio. et de fine nihil sciunt nisi illi qui perseverant. **S**ic de libro vite que est sancta vita bona et deuota multi incipiunt et sciunt principium bone vite. sed paulatim deficiunt et nesciunt finem libri bone vite. **I**deo tales non intrant scolam paradisi. sed illi qui bene incipiunt. melius continuant. optime finiunt. sunt boni et veri discipuli Christi. propter hoc dicit christus. **S**i manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis. **E**t quoniam boni discipulus christi i trah aula paradisi. statim deus dat sibi duas car tas. s. diuinitatis et humanitatis in quod hoc recipit maiorem scientiam quam habuerunt in hoc mundo. propterea et doctores. **A**ugustinus. hec scientia habetur ex studio libri bone vite. **I**deo est necessaria persever

rantia finalis. **D**e hoc dicit euangelium hodiernum. dicebat christus ad eos qui crediderunt ei iudeis. scilicet fidei catholice in hoc tempore. **S**i manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem.

Feria sexta post dominicam primam. xl.

Lce sanus factus

Es iam noli peccare. **H**abetur textus aliter Joh. v. 1 officiatur in euangelio hodierno. **S**anctum hodiernum euangelium continet unum miraculum et grande et excellens. **N**am quidam paraliticus sanus factus fuit per iesum christum qui trigesima annis tenebat in infirmitate. et hoc solo ipsis percepto sicut et solo verbo mundus factus est. et continet tria miraculosa secreta et est.

Primus locus ubi factus est

Secundus quoniam factus est.

Tertius ad quem finem factus est.

Et de isto ultimo loquitur nostrum thema. s. ut anima istius infirmi curata caueret se a peccato. et ideo dicit. Ecce sanus factus es tecum. quod fuit thema. in quibus quidem verbis erit noster sermo. **E**t primo videamus de loco. dicitur igitur in euangelio. **E**st autem hierosolymis probatica piscina. Appellatur piscina et hoc latine. probatica grece. hebraice bethsaida. **E**t dicitur piscina a pisces. sed per contrarium. quia non erant ibi pisces. sicut dicitur in ecclesiis piscina ubi aqua calicis mittitur. et tamen non sunt ibi pisces. **G**reco dicitur probatica nam probatio grece dicitur ouis latine. quoniā in illa lauabatur oues que in templo offerebantur unde probatica. id est ouina. hebraice dicitur bethsaida. a beth quod est domus et saida quod est gregis siue pecus. dis. viii bethsaida dicitur. id est domus pecudum. **E**t ista piscina nominari ideo meruit propter virtutem ipsius quia in certo tempore anni angelus descendebat ad reuelandum aquam ut habetur in textu. **E**t qui primus attingebat aquam. post descensionem angeli et reuelationem aque ille cebatur tantum de quaquam specie infirmitatis detenus esset. et ideo quia tempus ignorabatur. rectores ciuitatis hierusalem fecerunt ibi fieri quinque porticos in quibus infirmi habitarent. **I**n uno leprosi. in alio scabiosi. in alio febricitantes. in alio paralitici. in alio vero viviuersi alijs infirmi. **E**t illi qui non poterant ire ducebantur ab aliquibus alijs ad piscinam ut quilibet citius posset sanari. **E**t hec historia continet secreta ut per questiones potest declarari. **Q**ueritur ergo unde tantam virtutem ista piscina habebat quod totiens quotiens angelus descendebat ad mouendam aquam. quod haberet illam virtutem. **D**ico igitur quod hic sunt tria secreta. **E**t primum est ut ostend